

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection](#)[Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII](#)[Item](#)[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 15 : De Amphione](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 15 : De Amphione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[112\] : De Amphione](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 15 : De Amphione](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 16 : D'Amphion](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 15 : D'Amphion](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 889-892

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Amphion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

manus, significare voluerunt per hanc fabulam, omnium scelerum Deos esse ultores: quippe cum animalia quoque rationis expertia & vocis, soleant aliquando Dijs ita volentibus esse sceleratorum acculatores, & innocentibus hominibus opem ferre: omneque beneficium Dijs gratum contingere, quod in virum bonum confertur. At de Antione satis, nunc de Amphione dicamus.

De Amphione.

CAP. XV.

AMPHIONEM etiam citharedum non solum musice artis peritia, sed etiam fortunæ inconstantia, & calamitatum cumulus illustravit. Fabulatur huic & Zethum eius fratrem fuisse Iouis & Antiopes filios: nam Antiope filia Nyctei & Androthoes à Ioue in Satyrum conuerso compressa fuit, atque grauidæ facta Nyctei patris minis territa in Sicyonem ad Epopeum profugit, ubi cum Zethum & Amphionem peperisset, illos dedit in Cithæronem cuidam bubulco alendos. Nycteus grauius ferens filiarum fugam, cum hortatus fuisset Lycum fratrem negotium ne negligeret, moritur. at Lycus cum delecta manu militum repentino aduentu Epopeum trucidauit vrbe positus, captiuamque reduxit Antiopen, quam Dirce vxori in custodias dedit. nec multo post collecta pastorum manu, cum cognouissent ex alumno qui essent, Zethus & Amphion ipsum patrum & Dirce cepertunt & ipsi repentino aduentu, Dirceque crudeliter agresti tauro alligatam laniari studentes, laniata moniti sunt à Mercurio vt Lycum imperare permitterent, vt scriptum fuit à Nicocrate in rebus Cyprijs. Sic autem de illa Antiope quod odio esset patri, meminit Apollonius libro quarto:

οὐκ ἔστι μὲν ἂν τι ἐπιπύριον ἰδὲ μή ποτε Νυκτεῖος.

Oderat Antiopen sic lapsa tempore Nycteus.

Alij crediderunt Antiopen Amphionis matrem, filiam fuisse Asopi, vt scripsit Apollonius lib. 1.

*ἴσθι δὲ ἕστ' ἂν τι ἐπιπύριον ἰδὲ μή ποτε Νυκτεῖος,
ἂν μὲν ἔστι καὶ Ζηθεὺς ἀπύργωτος δὲ ἔτι θήρη
κατὰ πύλας.*

Zethus & Amphion aderant duo pignora clara

Asopi Antiopes: nondum iurris a pignora

Mania Thebarum.

Diophanes lib. 1. Ponticarum historiarum, ubi scripsit de Antiopæ matre Ætæ, Amphionē & Zethum nō Iouis, sed Theobontis filios fuisse inquit, quod etiam testatur Zex. histor. 13. chil. primæ. Epimenides Corcyræus Amphionem scripsit ita-ctandis lyræ fidibus Mercurio usum fuisse magistro, atq. adeo admirabilem fuisse illius cantum, ut feræ & saxa illum sequerentur, non minùs quàm Orpheum Calliopes filiū, ut ait Pausanias in Bœoticis: nam hanc etiam lyram à Musis primum accepisse scriptum reliquit Antimenides libro 1. historiarum, & Pherecydes libro decimo. At verò Dioscorides Sicyonius ab Apolline lyram illi datam fuisse memorat. Hanc autem celebritatem nominis in musicis consecutus est Amphion, quod ob affinitatem cū Tantalō modulos edoctus fuit à Lydis, primusq. tres chordas addidit tetrachordo à superioribus musicis inuento, ut ait in libro primo de Musica Aristocles. nam ferunt hūc neten chordam ante portā postea Thebanam ipsum inuenisse, vnde porta nomen sortita fuit. Dicuntur Zethus & Amphion antequam Thebæ cōderentur, exiguum Thespiesium pagum Etresim vocatū habitasse, ut testatur Strabo lib. 8. Enimvero cū Amphion & Zethus suspectas haberent vitas Phlegyarū hostium per id tempus, ut ait Pherecydes, Thebas muris ac turribus munierunt, ut essent tutiores ab hostium incursionibus. non enim audebant sine muris ac turribus habitare, ut ait Homerus in Odysseæ libro 4.

πῶ δὲ μῆρ', ἀ' τριόπλῳ ἴδεν Ἀ' σὺ παῖς θυγατρῆ
 ἠδ' ἠ' ἄλλ' αἰὲς ἔχεν ἰε' ἀγλαῖοις ἰαῦσαι,
 καὶ β' ἔχεν δύο παῖδ' Ἀ' μῆριότ' ἰ' ἔχ' ἠδ' ὄντα
 εἰ ἀλώται ὁ ἦρ' ἴδεν ἄκτιζα ἰ' πῆ πύλαια,
 πύργωσάτ' Ἀ' πῆ ἔ' μῆρ' ἀπύργωτόν γ' ἰδ' ἰάττα
 ται μὲθ' ὀρύχρον ὁ ἦσ' ἰ' κ' ρατῆρ' ἰ' π' ἰόντι.

*Post hanc Antiopæ Afopi mihī filia visa est:
 In Iouis amplexum qua iactat se esse gemellos
 Et Zethum peperisse simulq. Amphionæ clarum:
 Qui portā septem geminis, & turribus altis
 Cinxerunt Thebas, nec enim sine turribus ausi
 Incolere, inuictū quamuis hi viribus essent.*

Fabulati sunt igitur saxa sua sponte affilisse, murumq. extroctum fuisse, dum Amphion lyram suauiter pulsaret, ut ait Horatius in arte poetica:

Di-

*Dicitur & Amphion Thebana conditor Urbis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quò vellet.*

Dicitur hæc ciuitas septē habuisse portas, quæ nominabantur: Electris, Præcis, Neitis, Crenata, Hypsista, Ogygia, Homolois. vocatae sunt Thebæ, vt sensit Zezes, à parte conditorum; vel quod magis placet, à Thebe nymp̄ha filia Promethei, quæ illis fuit affinitate coniuncta, vt scripsit Pausanias in Bœoticis. in-
quunt Thebas, post multas infelices dimicationes, quæ illi ciuitati contigerunt, ab Alexandro Macedoniae rege cœctas fuisse, quo tempore Thebani bellum aduersus ipsum Alexandrum in Persas arma parantem susceperunt. quæ ciuitas quoniam per cantum extructa non poterat nisi per cantum euer-
ti, diruta est Ismenia quodam flebiles numeros cum tibia acci-
nente, vt scriptum fuit à Callisthene. veruntamē idem Alexan-
der, qui iusserat Thebas solo æquari, ad gratiam cuiusdam a-
thletæ, qui ter victor ab illo coronatus fuerat, instaurauit,
quo dita significauerat oraculum:

*Ἐρμῆς, Ἀλκίδης, καὶ ἰμαίτε μάλιστα πελοποννησίαι,
σὶ τρεῖς ἀλλήλας ἀνακτινοῖσι σιδηρῆν*

*Alcides, Pollux, nymp̄haq̄, Atlantiæ cretæ,
Mox instant abiunt enersis mania Thebi.*

Aliunt primò omnium mortalium Amphionem aram di-
casse Mercurio, quòd ab eo lyram accepisset. At quoniam feli-
citatē æquo animo perferre non minùs difficile est, quàm
aduersus fortune euentus, idcirco effectum, est vt nimium glo-
riaretur Amphion ob artis præstantiam, & in Latonam, eiusq̄,
filios contumelias coniecerit: quòd Dea nulla re hominibus
præstaret, atq; eius filij rudes habēdi sint & imperiti si secū con-
ferantur, cum ipse multo sit peritior Apolline. Dicunt his con-
tumelijs iratas Deas pestilentiam in domum Amphionis exci-
tasse, qua ipse cum tota familia deletus est. Et Zethus, cum ma-
ter ipsa genitum ex se filium ob certam noxam peremisset, æ-
gitudine animi contabuit. ¶ Dicitur est Amphion Iouis &
Antiopes filius, quoniam musica exercitatione conficitur ple-
rumque, atque omnes viri præstantes Iouis filij ab antiquis
dicti sunt, vt explicauimus superiùs. Hunc & Orpheum fuisse
Ægyptios, & magorum scientia excelluisse ait Pausanias in
posterioribus Eliacis. Aliunt hūc musicæ fuisse peritū, & saxa ac

feras, quò vellet, ducere solitum: quoniam per orationis suauitatem duros & agrestes homines mansuefecerit, & ad extruendas ciuitates, ciuitatumque legibus obtemperandum delinierit. At idem qui ceteros ad humanitatem, mansuetudinemque reuocauerat, cum ob felices rerum successus nimium factus fuisset insolens, Deosque vel ipsos paruifaceret, ultimo supplicio affectus est, cum nemo impunè Deum aut Dei cultum parui faciat, nedum contemnat. At nunc de Halcyonibus dicatur.

De Halcyonibus.

CAP. XVI.

FVIT Halcyon Canobes & Mæoli filia, vel Æoli vt ait Læcianus in Halcyone inscripto dialogo, sicuti testatus fuit Alexander Myndius, fuitque vxor Ceycis. At Ceyx fuit rex Trachiniorum, qui cum nobilitate, opibus, & forma corporis excelleret, se vel Dijs immortalib. æquare ausus est, & Deorum nominibus appellauit. nam Ceyx seipsum Iouem, Halcyonen appellauit Iunonem. Illam arrogantiam Iupiter grauitè ferès, Ceyci Delphos nauiganti ad eò læuam tempestatem immisit, vt Ceyx, & omnes qui cum Ceyce nauigabant, naufragiū passū perierint: sicuti testatur Polyzelus in ijs quæ scripsit de Rhodo. Fabulantur postea cadauer agitatum ab vndis ad litus, & ad eam speculā appullum fuisse, ad quā sæpe veniebat Halcyone prospectura an Ceyx accederet: quo viso illa miserabilitè cōquesta, dicta est Iouis misericordia in auem sui nominis mutata cum se è specula in mare præcipitasset: tunc etiam Ceyx cōuersus est in cerylum: sic enim mates inter illas volucres nominantur, vt ait Carystius Antigonus. Hoc tamen nonnulli dixerunt factum fuisse Luciferi & Thetidis misericordia, at non Iouis. Hanc rem ita breuiter complexus est Euripides in Iphigenia in Tauris:

ἔρως, ἃ παρὰ τὰς πειρηίας
 πόντος δ' ἰθάδε ἀλευίων
 ἔλκεν οἶον ἀείδε,
 θύωντον (ὡν τῶν) ἰθάδε,
 ἔτι πῶτε κλαδίς ἐν μαλαίῃς.
*Saxosa ponti qua ad iuga
 Anis colu fere Halcyon,
 Languorem resamant iustum,
 Notam prudentibus vocem,
 Quædam concinnis tuis maritum cantibus.*

Hx